VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.
Seite 37r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



noemi de regione moabitide et rogauit
ut spicas colligeret remanentes. sequens
messorum uestigia: et de mane usque nunc
stat in agro. et ne ad momentum quidem
domum reuersa est. Et ait booz ad ruth
Audi filia. ne uadas ad colligendum
in alterum agrum. nec recedas ab hoc
loco. sed iungere puellis meis. et ubi
messuerint sequere. Mandaui enim pu
eris meis. ut nemo tibi molestus sit:
sed etiam si sitieris uade ad sarcinulas
et bibe aquas de quibus pueri bibunt. Que
cadens in faciem suam. et adorans super
terram: dixit ad eum. Unde michi hoc
ut inuenirem gratiam ante oculos tuos.
et nosce me dignareris peregrinam mu
lierem? Cui ille respondit. Nuntiata
sunt mihi omnia que feceris socrui tue. post mor
tem uiri tui: et quod reliqueris parentes
tuos. et terram in qua nata es. et ueneris
ad populum quem antea nesciebas. Reddat
tibi dominus pro opere tuo. et plenam mercedem recipi
as a domino deo israel. ad quem uenisti. et sub
cuius confugisti alas. Que ait. inueni
gratiam apud oculos tuos domine mi: quia consola
tus es me. et locutus ad cor ancille tue: quam
non sum similis unius puellarum tuarum. Dixeque
ad eam booz. Quando hora uescendi fuerit. ue
ni huc et comede panem: et intingue
buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad
messorum latus. et congessit polentam sibi.
Comeditque et saturata est. et tulit reliqui
as. atque inde surrexit ut spicas ex mo
re colligeret. Precepit autem booz pueris
suis dicens. Etiam si uobiscum metere
uoluerit. ne prohibeatis eam: et de uestris quoque
manipulis proicite de industria. et rema
nere permittite: ut absque rubore colligat.
[illegible] et colligentem nemo corripiat.
[illegible] Collegit ergo in agro usque ad
[illegible] uesperam: et que collegerat uir
ga cedens et excutiens. inuenit ordei quasi
oephi mensuram. idest tres modios. Quos
portans reuersa est in ciuitatem. et ostendit so
crui sue: insuper protulit et dedit ei de reliqui
is cibi sui quo saturata fuerat. Dixitque ei
socrus. Ubi hodie collegisti: et ubi fecisti

opus? Sit benedictus qui misertus est tui. In
dicauitque ei apud quem esset operata: et nomen
dixit uiri quod booz uocaretur. Cui respon
dit noemi. Benedictus sit a domino: quoniam
eandem gratiam quam prebuerat uiuis. ser
uauit et mortuis. Rursumque propinquus
ait noster est homo. Et ruth. hoc quoque inquit
precepit mihi. ut tamdiu messoribus eius
iungeret: donec omnes segetes meterentur.
Cui dixit socrus. Melius est filia mi ut
cum puellis eius exeas ad metendum:
ne in alieno agro quispiam resistat tibi.
Iuncta est itaque puellis booz: et tamdiu cum
eis messuit. donec et ordeum et triticum in
horreis conderentur. iii

Post quam autem reuersa est ad socrum
suam audiuit ab ea. Filia mea quae
ram tibi requiem: et prouidebo ut bene
sit tibi. Booz iste cuius puellis in agro
iuncta es. propinquus est noster. et in hac noc
te aream ordei uentilat. Lauare ergo et un
guere. et induere cultioribus uestimentis:
ac descende in aream. Non te uideat homo
donec esum potumque finierit. Quando a
utem ierit ad dormiendum: nota locum
in quo dormiat. ueniesque et discooperies pal
lium quo operitur a parte pedum: et proicies
te et ibi iacebis. Ipse autem dicet tibi quid
agere debeas. Que respondit. Quicquid prece
peris faciam. Descenditque in aream. et
fecit omnia que sibi imperauerat socrus.
Cumque comedisset booz et bibisset. et factus
esset hylarior: issetque ad dormiendum iux
ta acerium manipulorum: uenit abscon
dite. et discooperto a pedibus eius pallio se
proiecit. Et ecce nocte iam media expau
it homo. et conturbatus est. uiditque mulie
rem iacentem ad pedes suos. et ait illi.
Que es? Illaque respondit. Ego sum ruth
ancilla tua. Expande pallium tuum
super famulam tuam: quia propinquus es. Et
ille. benedicta inquit es a domino filia. et pri
orem misericordiam posteriore superasti: quia non es
secuta iuuenes. pauperes. siue diuites.
Noli ergo metuere: sed quicquid dixeris mihi fa
ciam tibi. Scit enim omnis populus qui ha
bitat intra portas urbis mee. mulierem